

D. D.

DISSERTATIO HISTORICA  
DETUMULTU RUM  
STICO OSTRO-  
BOTNIÆ CIVIUM,  
REUBBE = REJCEZ*Vulgo dicto,*

Cujus PARTEM PRIOREM

Annuente Ampliss. Coll. Philos. Acad. Aboënsis

P RÆS I D E

VIRO Cl.

D<sub>N</sub>. ALGOTHO A.  
SCARIN,

Hist. &amp; Phil. Civil. Profess. Ordin.

*Publice examinandam sifit,*

AARON N. PROCHMAN O. Botn.

*Paedagogus Brabestad.*Ad diem VI. Decembr. Anni MDCCXLVI.  
loco, horisqve solitis.ABOM<sup>E</sup>, Excid. JOH. KIEMPE, Reg. Acad. Typ.

S:æ R:æ M:tis  
Magnæ Fidei VIRO,  
Generosissimo & nobilissimo Domino;

Dn. MARTINO SEGERKRANTZ.  
Legionis equestris Tavastiae PRO · TRIBUNO in-  
cluto & maxime strenuo,  
MÆCENATI MAGNO.

Insignem favorem illum, VIR & MÆCENAS inclute,  
quo non minore memet generosae adolescentiae mode-  
ratorem, quam TE dignissimum gentis vetusac ALU-  
MNUM, paulo ante complecti voluisti, dum memoria repeto,  
piget me admodum tenuitatis meae, quod TUA multo majo-  
ra esse videam beneficia, quam quorum copiam assequi e-  
go, aut pro merito remunerari queam. Interim, cum quae  
perbenigne mihi feceris nullam mensuram satuere TEMET,  
nendum mercedem exposcere, certo sciam, ut pro pignore pu-  
blicano imbecillitatis meae confessionem accipere velis, permit-  
tereque ut crassissimi filii opellam banc, eandemque non ni-  
si inchoatam, generosissimo NOMINI TUO despondeam, est  
quod enixe precor & obtestor. Meac vero pietatis sicut  
interesse putavi, ut rescires me id in primis agere, ut ILL-  
AM grata mente benignitatem colam: Ita munera mei non  
minus illud erit, DEUM precari, velit, emolumentorum lon-  
ge maximorum habita ratione, quae egentibus MUSIS con-  
ferre soles, vitam TIBI longissimam targiri, eandemque fe-  
licissimam esse jubere! Sic voveo

Generosissimi & nobilissimi NOMINIS TUI

Cultor devotissimus

AARON N. PROCHMAN.

**VIRO** admodum reverendo atque praeclarissimo  
Dn. GABRIELI PELDAN.

Eccles. Ilmolensium **PASIORI** longe meritissimo, **TUTORI** antehac **NUTRITIO** que fidelissimo, avunculo & Evergetæ, parentis loco, ad cineres usq; devenerando,

**VIRO** nobilissimo atque strenuissimo

Dn. JACOBO PELDAN.

Militiae pedestris. Ostrob. Subcenturioni optime merito, Avunculo ob affectum, maximis beneficiis declaratum, æternum colendo.

**VIRO** plurimum reverendo atque praeclarissimo

Dn. Mag. ISAACO PELDAN.

Pastori Lappfierdensium optime merito, Avunculo pia mente nullo non tempore colendo.

**VIRO** spectatissimo

Dn. JACOBO HEDMAN.

Publicorum per praefetoram Pikeniem redditum  
**COLLECTORI** & **ADMINISTRO** adcuratissimo, **PATRONO**  
propensissimo, iugi observantiae cultu prosequendo,

**T**enue hocce opusculum, Vobis, Promotores ac benefactores optime de me meriti, in gratissimi animi signum & certissimam ulterioris benevolentiae spem, pro tot tantisque in me praestitis beneficiis, reverenter ac officiose offero; Cum voto calidissimo pro omnium Vestrorum incolumentate atque prosperitate, ut in seram usque aetatem perennet. Ego vero aeternum permansurus sum

Honoratissimorum N. N. V. V.

Cultor humillimus

AARON N. PROCHMAN.

Bruks PATRON,  
Ådle och Högachtad  
Herr JOHAN JACOB KIJK,  
Handelsmännerne i Christina  
Åhreborne och Högachtade  
Herr HANS BERG,  
Och  
HANS UDDMAN,  
Samt  
Handelsmannen i Wala,  
Åhreborne och Högachtad  
Herr NILS TØLBERG,  
Mine gunstige Gynnare.

**G**år forndags Klubbe=krig jag til sin art beskrifwer/  
Jag alles Eder gunst mig då til finnes föde /  
Samt hwad mig giöra hör ;  
Men styckan svarar ej mot willan hog och ifwer :  
En är min trågna bön / I gunstigt tåchz uptaga  
Det litzla jag Ehr gier. Men tanckan ännu mer /  
I hvilken sådant ster /  
Af wanligt ådelmod Er låten wäl behaga.

Mine gunstige Gynnares

Ödmjukte Henare  
AARON N. PROCHMAN.

Til sin Hederwärda Wän och Swåger  
Herr AARON PROCHMAN,  
Då han om Klubbekriget i Österbotn/  
täncker disputera.

M Lårdar Män ej teknat op  
De tiders seder / stick och lopp /  
I hvilka de ha lefvat /  
Så funnes nu knapt någon lård.  
Vår kundskap wore föga vård /  
Alt wor' i mörker lefvat.


Min Swåger drifs af samma nist;  
Han har med oförtruten flit /  
Om gamla FÖRMÅR skrifvit;  
Om theras forna Klubbe-Krig /  
Hur' the med Klubban räddat sig  
Då the ha tryckte blistvit.

Hans möda lärer och bli lönt /  
Hans hufvud åndlig blistva krönt  
Med Lager-Kranken gröna:  
Ta den som wiishet esterstår /  
Och uppå dygde wägen går /  
Skal himlen wiist belöna.

I hast lemnad  
Af  
MICHAEL HIEMANDER  
Conc. ad offic. Ferr. Tyköens.

Lector Benevole.

**T**ractionem argumenti ipsam, sectioni pro-  
temiali huic adnecti posse, cum opella ma-  
num admoveveremus, sperabamus tam quidem.  
Sed cum in omni tradenda historia ad acta pu-  
blica in primis sit respiciendum, eorumque quae  
ad rem praesentem faciunt, impetrandorum spem  
nobis perbenigne fecerit Archivi regni Secretari-  
us, nobiliss. Dn. A. ANT. von STIERNMAN,  
pensum, ne in longum magis, hac vice diduci  
possit, ipsa necessitate nosmet prohiberi, vides. In-  
terim sicut ad pertexendam telam, quam orsi suo-  
mus, non inviti regredimur cum supplementa geo-  
storum rariora illa in manus venerint: Ita quae  
de clavarum in re militari pristino  $\Sigma$  promiscono  
usu, promulgatis loco, pramiserimus, παλαιοφιλεῖων  
gusthi, penitus  $\Sigma$  per omnia non displicitura  
confidimus. Vale.



D. D.

SECTIO PRIOR

§. I.

**D**E tumultu clavigerulorum Qvenlandia  
Agricolarum, Suet. RUBBE. t. ILLA.  
TNS RRG / Fen. NIZA SDEA/  
( cui nomen dedere arma, qvibus usus est mil-  
les rusticus ) pauca dicturi, in vocabuli *cla-*  
*ve*, unde *clavigerulus*, derivatione non mul-  
tum immorabitur. Ramum ex arbore recisum  
eundemqve nodosum significare, Vossius in  
etymologico monet. Utrum vero ab Æolico  
κλάβα pro κλάδα vel aliunde descendat, nil nos  
mover. Esse utramqve vocem litteris affinibus  
& convertibilibus expressam, in studio etymo-  
logico plane non hospes statim videt, exem-  
plisqve, si instituti ratio postularet, eiusmodi  
consonarum mutationes in nulla non lingva oc-  
currere, probari posset. Ab Hebreo קַד ramo ad

A

per-

**S**percutiendum ex illo, unde ἡ Κλάβη clava vel malleus, arcessunt, qui Hebraeam lingvam, ceterorum omnium matricem esse volunt. Klabb & Klubba recisæ arboris truncus Gothis dicitur, atque inde flatwa / klaotva *nūmella*, suo cum verbali flyswa descendere, pro non improbabili habebunt, spero, qui Scythicam lingvam ceterarum omnium stipitem communem censi volunt. Fateor, de radice vocis Gothicâ adiici plura posse: Sed ne fastidium iis moveam, qui studio Philologico, ceu inter tenebras & eum tenebris luctanti, vilissimum pretium statuant, a conjecturis etymologicis, ad ea, quæ de *clavis* earumque apud gentes bellico usu annales perhibent, transitum facimus.

§. II.

**C**Lavarum in re militari usum esse antiquissimum neminem inficias iturum scio, qui status naturalis primitivi non prorsus ignarus est, exercitiorumque, quibus veteres otium, ingenuis hominibus indignum depulerunt, & corpus suum ad agenda & patienda fortia illi præparaverunt. Et quibus, quælo! illis temporibus, nisi primum obviis armis, homines uti potuerent, cum solers natura nondum arma ex ferro, aere, aliaqua materia conficeret docuisse? Te-

stan-

stantur simplicitatem armorum scriptores illo-  
 rum plurimi. Clavam primum omnium fuisse  
 teli genus dicit STEPHANIUS, SAXONIS Gram-  
 matici Scholia, & demum in Germania sua  
 antiqua CLUVERIUS: ne de DIODORO SICU-  
 LO qvid dicam, qvi clavam & leonis exuvi-  
 as Herculi ab antiquo congruere dixit, qvia non-  
 dum inventis illo tempore armis, homines se-  
 cum congressos lignis repulerint & belluarum  
 coriis pro tegumentis usi sint (a) Qvin, defles-  
 cit ab illo veteris ævi scriptore diligentissimo,  
 neqve longe REENHIELMII nostratis judicium,  
 cum recensum a se factum instrumentorum,  
 qvibus imminentia ab hostibus mala, a se ma-  
 jores nostri propulerunt, sequenti claudit epi-  
 phonemate: Tot armorum generibus, qvot jam  
 recensuimus, primi homines instructi non fuerunt,  
 multo minus qvot recentiora secula excogitavere:  
 qvi tamen animo virtuteque non destituebantur,  
 ut illis arduum esset resistere. viriam enim expe-  
 rimentum, non artis erat. Jam uno bombardæ  
 explosu, is plurimis par est, qvi paulo ante in-  
 firmissimo inferior erat. Prima arma vix alia  
 fuerunt, quam clava & qva alia, si non ma-  
 terie, saltem generis non multum diversi, furor

A 2

mini.

(a) libr. i: p. 71. apud Rudb. Atl. p. 3. p. 684.

<sup>4</sup> ministrabat. crescente malitia, hasta vel lancea;  
gladius, arcus & securis accessere (b). Hacte-  
nus REENHIELMIUS, & qui, quam ex tenu-  
issimis initis, omnia inventa humana ad illam,  
quam nunc sunt, artis perfectionem adspirave-  
rint, cogitaverit, a natura universi dissentiens  
neque veterem neque nuperum historicum pro-  
tulisse, omnis non difficulter agnosceret.

S. III.

**C**lavas fuisse antiquitus plurimorum extra  
Europam gentium instrumenta militaria,  
ex historiis constat. Usi sunt hisce Africanorum  
*Macc.*, Annibalem in Italiam sequentes; *Iroglo-  
dytae*, inter Nilum & Arabicum sinum habi-  
tantes *Aethiopes*. Ex Asia oriundi *Hyrcani*,  
*Affyrii* & qui ceteri in illa plaga geniti erant  
homines prisci ævi, eodem, versus hostilitatem  
improviso ingruentem, teli genere uti, neque  
incommodum existimavere. *Perfis*, consanguineo  
is olim nostris, neque ignoratum fuisse morem  
clavis versus hostem agendi, CURTIUS testis est  
sub persona *Charidemi* iisdem exprobrans, quod  
Macedonum æra illâ, qua ars militaris mirum  
in modum exulta fuit, Alejandro opponerent  
molem militum undeqvaque coactam, eandem-

qve

que non nisi *bastis igne duratis*, armorum vice  
instructam.

§. IV.

**R**omanos & Græcos in usu clavarum paria, cum gentibus in exemplum adductis fecisse, videri potest ex antiquis. Rom. & Græco. Scriptoribus, PITISCO, ROSINO & ceteris, quorum sententiae robur addit CICERO, cum recensens ludos & exercitationes juventutis Romanæ, mentionem facit clavæ (a) quam ligneam pro gladiis tironibus suis dedissent, ut illa contra palum, ceu contra hostem lese mane & vesperi exercearent. *Herculem* clava usum esse, quis ignorat? unde etiam instrumentum, hocce ejus *λάδος* nomen accepit (b). Hinc OVI. DIUS eundem clavigerum salutat, & SILIUS ITALICUS clavigerum numen, appellat. Quidam quod huic bellatorum primicerio militiæque alteri Deo, nihil aliud armorum tribuit antiquitas. (c) Ab usu clavarum, aut, si dicere mavis stipitum nodorum, queis pro armis usi sint, Longobardos nomen accepisse suum, multi sunt qui existinent; licet illi neque, qui ratione habita-

pr.

(a) Cic. de se necb. c. 16.

(b) Voss. Etym. L. L. p. 140.

(c) Cluv. Germ. Antiq. L. I, p. 360.

ta prisci ævi immigrationum & emigrationum;  
 mari magis quam terrestri itinere factarum, *Lang-*  
*wardos* (d) Gothos illos in sinu patriæ primi-  
 tus nuncupatos fuisse autumant, sive etymologiæ  
 fundamento prorsus carere videantur. De illis  
*Ausoniae*, puta Italæ primogenitis perinde scri-  
 ptum invenimus, quod usum catejarum neque  
 illi contemserint, neque *Lucani* in bellum ad  
*Cannas* euntes. Apud *Teutones* Germaniæ in-  
 digenas, ut & alios plurimos, sicut hoc teli ge-  
 nus unice notum erat, ita ad hostem sine san-  
 gvine tundendum conficiendumque apprime ac  
 commodatum censebatur. *Scotis*, recentiori ævo  
 quoque intervisse ad hostes ferendum & exas-  
 nimes solo prosternendum *Roberti Regis* sub ex-  
 emplo, in duello, Anglorum Ducem clavâ sua  
 experimentis, *Georg. Buchananus* afferit. *Dani*  
 clavis, iisque interdum ferreis, saltem spiculis  
 undequeaque obsitis (*Morgansternor*) usi sunt.

(e) Ne.

(d) *Lang* Gothicum aquam significare, at-  
 que inde *Lag* / *Bryggelag* / *Löga* / *Lögerdag* /  
*Laugern* lacus, & demum *Laugenburg* castellum  
 in ostio *Albis Germanici* excitatum denominari,  
 pro non improbabiliter habebit, qui, qua sede rese-  
 derint Longobardi, cum *Scandia* primum egres-  
 si essent, prorsus non ignorat.

( e ) Neqve armorum genere alio *Haraldus Hildetand* in campis Bravallinis a purpuratorum principe suo *Brunio*, qvam clavæ vehementiori iictu in cassidem impacto, neci datus est ( f ) Sexpissime sane hisce usi sunt, qvibus præter clavas, moris erat cæstibus, id est plumbeis pilis ferro obductis dimicare & adversarios in terram prostertere ( g ).

§. V.

**A** B ærumnis, qvæ militiam seqvi solent, *Sacrificulos* omni ævo sese subduxisse, notum est. Verum Papismo durante, cum bella Domini, non pro religione sed regione & regno Vaticani Jovis propagando gererentur, militares operas & præfecturas neqve refugisse clericos, annales testantur. Sed qui, ne ecclesiæ brocardicum illud: *Ecclesia non sitit sans-gvinem*, temerare velle viderentur; nevel excommunicationis fulmini forte obnoxii evaderent, si armis lethiferis accincti in prælium venirent: Inde factum invenimus, cum serverent bella sacra eorum, ut ensium loco, clavis incincti ad claustra terræ sanctæ perfringenda perrexerent.

( e ) Pontopp. in Gest. & Vestig. Dan. extra. Dan.

( f ) Thorm. Iorf. Hist. rer Norveg. P. I. p. 457.

( g ) Steph. Schol. in Sax Gram. p. 85. b)

rexerint. Atque in illum modum armatum supremi ordinis in Germania pastorēm CHRI-STIANUM, Archi Episcopum Moguntinum, decem homines sua unius manu stravisse, ex Alberto Stadensi abbatē, testis est Boehmerus (a).

## §. VI.

**A**d credendum nostratrem Martiam Gentem, ab ultima retro gentis memoriam, clavarum usum sibimet vindicare posse, exemplo suo, duo Scordiæ Reges, proxima paragraphe memorandi, nobismet præivre. Adstruit idipsum vir imminortalis memorie RUDBECKIUS pater etiam, ostendens *Alcidem* clavigerum, cuius §. 2. mentionem fecimus, non alium esse quam *Ihorum* nostrum, qui præustos stipites in teli usum primum converterit. Neque LOCcenio diversa mens esse videtur, cum de Sveonibus, ex his oris in exteris regiones primum egressis, ille quoque testatur, quod sudibus & clavis armati peregre protecti fuerint, eorumque exercitus inde Klubbbehären / & controversias dirimendi modus illorum: Klubberätt/ ius fustuarium, ius diffederationis Slagsrätt appellatus fuierit. Illud juris & justitiæ genus apud aquilonares gentes in primis valuisse Spelmannus in glosario

fario insuper etiam testatur. sine dubio, qvod, qvo validius, tanto magis justum quid visum fuerit tempore illo; imo inglorium iudicaverint ævi illius homines verbis petere, qvod sangvine & armis sibi vindicare possent. Hinc adhuc nostris temporibus Norrmanni nudum heroa cum clava in manu, & qva caput & lumbos ierto picco cinctum in insignibus lux regio-  
nis ostendunt (a) Qvin, dantur nostratum neque pauci, qvi ex usu clavarum & præsta-  
rum sudium antiquissimo, Svedorum nomen de-  
rivari volunt (b) idqve exemplo non uno, sed  
prope infinitis, ex illis, qvi superlunt, commen-  
tariis rerum gestarum, probatum eunt. Odinum  
inde Swithuri cognomen traxisse, & priscis gen-  
tis nostræ Solduriis rhythmi incinendi illius;  
Swithur swedar Swidur occasionem inde etiam  
natam fuisse, qvis non videt? Clavarum usum

**B**onum regnatum id est nostra.

(a) *Rudb. Atl.* part. 3. p. 684.

(b) Flor. fl. antiq. Scan. p. 13. Så synes ej o-  
rimmeligt . . at in the stridbare Swear/ i  
begynnelsen af någon uhrgammal Krigs sed  
sin Swea titul erhållit/ enligt Swear-  
nes gamla Krigswisa: med Swear Swear  
Swidur.

nostratisbus olim admodum commendatum fuis-  
se, exemplis ex historia pluribus probare in præ-  
sentia nostrum non est; neque numerum facile  
quis inire potest locorum omnium illorum, qui-  
bus inimicitias & controversias capitales suas,  
campiones in septentrione hoc armorum gene-  
re egisse & peregrisse, leguntur? Non alio ar-  
morum genere Colbiornus robustus, Norvagiæ  
Regis stallarius, terra mariqve bella ciebat (c)  
Hisce pugiles alii fortis, & strenui bellatores suc-  
cincti ad prælia veniebant, versus illos inpri-  
mis, qui ferri hebetandi artem noverant (d)  
id, quod exemplo Otufaxi (e) Biornonis Blå-  
sand (f) & aliorum, probare facillimum esset,

si

(c) Reenb. Not. Hist. Torsl. p. 81.

(d) Rudb. l. e. p. 636. Dissert. de Berserkis gen-  
tium Septentrionalium narrat p. 19. non quod  
furibundi hi homines solum clavis usi sint; ves-  
rum p. 22. etiam de pugilibus & strenuis bel-  
latoribus aliis nostræ gentis refert, iis puta,  
qui virtute sua freti, in campum cum Berserkis  
descenderint, quod clavis in primis pugna-  
verint, cum seirent Berserkos arte magicali suâ  
ferrum hebetare posse & solere.

(e) Reenb. l. e. (f) Hist. Torsl. c. 3. p. 26.

xi

si res tanti, eademque præsentis instituti esset.  
In emigrationibus suis, populum aquilonarem  
ad exterros quoque propagasse clavarum usum  
ex Spelmanno modo diximus. Id vero ne gra-  
tis assulmissem videamur, hoc loco notasse juva-  
bit, quod, qui in Thraciam bellatum conces-  
serat Goths, Ammiano Marcellino teste, ferarum  
pellibus pro tegumento muniti fuerint, clavas  
ingentes, funi illigatas, in hostes conjecterint, iis-  
demque ligni durioris globulis ultræ citroque vi-  
bratis, hostes a se depulerint. Sub nomine  
Klubbehären inclavissem Gothorum phalangem  
istam, quæ in Vestro-Gothia, montem Hunno-  
rum inter, atque Gothelæ campo interjecto, ad  
exterminandos Hunnos convenit, Verelius in su-  
is ad Hervoram notis, testis est; cuiusq; auctoris  
asserti, pariterque loci, in quo confectum fuit  
prælium illud, vindicias se propediem iturum pol-  
licetur Præses dissertationis hujus. Sed quid est  
quod usum clavarum & jus fustuarium campio-  
nibus prisca gentis nostræ sollicite adeo vindice-  
mus, cum de præsentis ævi concione concita-  
ta seditionorum civium constet, quod clavis,  
impactis undique spiculis, in Regis & regni co-  
mitia processerint, & inibi infestam otio & qvie-

ti contumaciam suam explicare aggressi fuerint.  
**FENNO**S armis ab antiquo iisdem, cum vici-  
nis civibus suis usos fuisse, neque aliud iisdem  
in promptu & expedito fuisse teli genus, credi-  
bile est. Perhibet de majoribus nostris *Tacitus*  
quidem, quod in sagittis unica spes illorum fue-  
rit, quas etiam inopia ferri ossibus asperaverint,  
Sed cum de pigri maris accolis paulo ante teste-  
tur historicus, quod penes illos rarus ferri, fre-  
quentior verò fustium usus fuerit, ex illa laude  
non parum sibi deceperere posse *Fennos*, tanto  
minus dubitamus, quanto de illis constat, quod  
ad *Cronium* mare, hoc est pigrum & mortuum,  
pomeria incolatus sui extendant, illudque ex o-  
mni parte prope hodie contingent atque cir-  
cument. Et certe, si vel alia nulla de majo-  
ribus nostris, isthoc teli genere armatis, suppete-  
rent testimonia, bellum illud quod turbulentis  
patriæ temporibus, **SIGISMUNDO** regnante,  
in Ostrobotnia & Tavastia a clavigerula civi-  
um turba gestum fuit, plus satis probat, ad de-  
pellendum a cervicibus suis alienigenam domi-  
num, idem hoc armaturæ genus in rem præ-  
sentem convertere penitus neque ignoravisse  
baltici maris hac regione sitos Scandianos; cuius

belli, verius autem tumultus, ne penitus memoria intercidat, historiolam consignare in præsentiarum nosmet constitutimus; non ante tamen quam de adhibitâ & in bellicum usum translatâ teli hujus materia, nonnulla præmonuerimus.

## §. VII.

**C**lavis pugnare, morem fuisse antiquissimum & gentibus nullis non usitissimum omnes consentiunt. Materiam unde factæ & conflatae fuerint, si quis scire aet, ex robore nodosi stipitis, pleraque confectæ fuerunt, unde Poëtis rōbur pro clava sape accipitur. Præter illum quernum durissimi ligni stipitem, fraxino lenta & nodosa, utpote Martis arbore, imo betulæ quoque lenta & intricata massa (masur) teli genus hocce quoque confectum fuisse invenimus Qvin, quam in sclopis & bombardis affabre factis, & destinata non magis certō, quam valido ieu ferientibus, non minimam rei militaris industriam hodic collocant, qui castra seqvuntur: eandem in materiæ ad sustinendum iustum, clavarum puta, non minore firmitate quam earum pretio ornatuque veteris ævi bellatores collocasse, invenimus. Idque qvidquid laudis esse videri poterit, tanto sollicitius eosdem intendisse inventimus,

nimus, quanto aduersus præstigiarum vires, robur ligneum perpetuo valere, & in modum ferri, non hebetari, neque acie sua privari posse, persuasissimi fuerunt. Ære, chalybe & claviculis ferreis, cæstuum in modum, clavas suas obduxisse legimus. Imo ut pondere graviores, eoqve ad iustum validiores evaderent lignea tela hæcce, qvæ Cyclopum more, ingentia sæpe rebant, nexilibus auri nodis condecorasse modo, modo aurum ligno infudisse legimus. *GRANUM* certe *Danum*, cum aduersus *SIGTRUGUM* *Svethiæ* Regem in aciem descenderet, clava molis & pretii ingentis usum fuisse in historia Danica sua *Saxo* testatur. De clavis, quibus subnixi ad vindicandam patriæ libertatem, campiones *Botnienses* nostri processere, idem dicendum, quod multiformes ex obvio qvocunque stipite lento confectæ fuerint. Impactis ferreis nodis, iisdemqve in acumen desinentibus circum circa septæ erant atqve ornatæ, partim loris, partim ferreis catenis insuper emunitæ, non alio fine quam ne in conflictu ad hostis iustum, manu statim excederent, suoqve domino perirent. Neque, qvibus hodie incinguntur gladiorum manubria, bubula lora, aliud usum respici.

respicere sunt censenda. Formam si species, a polyclastris, aut si dicere mavis, tuditum genere illo, quo ad communendas maiores ferri massas uti, cyclopibus nostri ævi moris esse solet, parum aut nil differebant; certe speciem non aliam ab imo capite suo gerunt clavæ lapideæ il. lœ, quæ aliis atque aliis locis Ostrobotniæ hodie. dum reperiuntur, majoris & minoris molis ab olla. ri aut alio quocunque sculptili lapide confectæ, eademque ab una modo, modo utraqve extre. mitate in stilum desinentes. Quamvis autem sit illud minime dubitandum, quod bombardis & arcubus & sagittis & aliis tormentorum generi. bus agrestis militia nostra in illa expeditione bel. li uia fit, clavarum vim tamen frequentiorem fuisse, indeqve cognomenti Klubbehären, glo. bi militaris hujus, occasionem arreptam fuisse, non conjectura, sed oculis prope manifesta res est,



*Ihes. I.*

**Q**Væ ratio ignorat, DEUS per revelationem manifestavit, unde amica inter utramque Theologiam convenientia.

*Ihes. II.*

**T**Homasius, cultum Dei externum propter e-  
jus omniscientiam non necessarium judi-  
cans, fallit & ipse quoque fallitur.

*Ihes. III.*

**U**Na eademque in republica vigens religio,  
in primis si vera sit, firmissimum concor-  
dæ vinculum est.

*Ihes. IV.*

**M**Agisterium cum imperio, ecclesiæ ejusque ministerio tribuentes, contra omnacm a-  
gunt rationem.

*Ihes. V.*

**D**EUS ad judicia sua exequenda utitur non,  
nunquam causis supernaturalibus.

*Ihes. VI.*

**H**æreticus, qva talis, in republica tolerari potest.

*Ihes. VII.*

**V**Asta legum multitudo, reipublicæ qvam maxime noxia est.

S. D. G.